Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38178
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek



80

dominicanter legimus. haedos quoq; qui
ad sinistram stare consuerunt. & agnos qui
mentiuntur agnum de quo scriptum est;
ecce agnus dei ecce qui tollit peccata mun
di. In bonam autem partem camelos scribit
esaias de madian quod inter praeferatur
domini iudicium uenire hierusalem & epha.
& ari & dromedarii nabaioth & sabaa deferentes
aurum & thus. quorum duo ultima & iamama
gis offeruntur domino. istique camelis depo
sito onere peccatorum possunt intrare
artam & angustam uiam quae ducit ad uitam;
hb uendito reges saba & rema. ipsi negotiato
" ribus cum uniuersis primis aromatib;
" & lapide pretiosissimo. & auro quod pro
" posuerunt in mercatu tuo; In psalmis u bi
scribtum est. reges arabum & saba munera
offerent tibi. In hebraeo hab & reges saba
& saba munera offerent tibi. quorum unum
saba per sen litteram scribitur. alterum
per sadech quae nrae litterae similis
est; quia igitur saba interpretatur conuer
sio. hoc dicendum est quod in praesenti loco.